

Ann. IV.

Num. VI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 1/2.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF
VARSIANAE POLYOYORUM
Krakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES
LONDON W.
28, Orchard Street.

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK
52, Barclay Street.

CINCINNATI
436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET
S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.

Typogr.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES
MONTREAL
1699, Rue Notre-Dame

RERUM INDEX

- LEONI XIII P. M.
EX EUROPAEORUM FOEDERE PUBLICA FUTURA COMMODA
CRUCIS HISTORIA (ex ineditis)
De POPULARIBUS ATHENAEIS
CIRCA MUSICAM ANIMALIA QUID SENTIANT
NOVUS E SOCIETATE IESU COMMENTICARIUM FABULARUM AUCTOR
Ex AMERICIS - De cataractarum Niagarensium hieme
De SAPIENTUM INVENTIS NONNULLA
COMMUNIA VITAE - Per aequam glaciem abeundi ratio
LOLLIUS SIVE DE PROVECTA LATITATE
HORAE SUBSECIVAE:
Monti Regali vale dicens
Ad Sanctam Ritam a Cassia vulnus Spinae D. N. I. C. in media
fronte referentem
De Petro et uxore eius
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES
ANNALES
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS
LIBRORUM RECENSIO
AENIGMATA

In tercia operculi pagina:

- PER ORBEM
VARIA: Utilisne terraemotus? - Quid colligatur in perscrutacione digito-
rum - Nasus Cyclope dignus - Discipulorum respublica - Quae
apud Iaponenses - Ioci

- A. Cerasoli.
P. Rossani.
M. Armellini.
I. Antonelli.
P. Alexis.
Senior.
H. Doswald.
M. Lani.
H. D. V. Pieralice.
P. Angelini.

I. Sola.

- I. Rosati.
I. Battanius.
I. F.
Poplicola.
Scriba.
P. A. - H. P.
F. Palata.

Viator.

P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA FORZANI ET SOCII

M DCCCCI

COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

XXI num. ann. III.

Monitum - v. u.
De socialismo apud Danos - F. CODANIUS.
Pro mortuis - SENIOR.
Alverna Mons - A. CRIVELLI.
De sancto Augustino doctore ob reliquias eius e templo maximo in aedem Petri Ap. Papiensem a Caelo Aureo restitutas - LEO PP. XIII.
Romani Fori effossiones novissimae - ROMANUS.
Popularium oratorum aedes Londini - FORFEX.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P.
Horae subsecivae - Pompeiana vallis mnemosynon - I. BROJA S. I.
Peregrinations in Arcton - P. A. M. ROVITTI.
Vita functi viri clariores - I. F.
Communia vitae - Vinea, vindemiae, et quae propter - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - A. BARTOLI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Papilionum collegium - « The » ubi post Sinenses primum in usu - Chartaceae domus - Microbi in atramento - Ioci - P. d. V.

XXII num. ann. III.

Commentarii Vox Urbis sociis et lectoribus in annum MCM - Vox Urbis.
De pueritia et adolescentia instituendis - SENIOR.
De Q. Horatii Flacci ode XIV, lib. I - M. BELLI.
Archaeologicae res - Phoenico-púnica necropolis Gadibus effossa - L. P. MICROVIR.
Ex Gallia - De omnium rerum Expositione Parisiensi - A. VIEILLOT.
Cadaverum corruptores - R. SPINA.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P.
Communia vitae - Vinea, vindemiae, et quae propter - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. F.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Metallica e zinco parietum stromata - Hospitium canum - Ioci - P. d. V.

XXIII num. ann. III.

Oeconomicae et socialis disciplinae progressus - I. TONILO.
De Iaponensium poesi - I. ANTONELLI.
De septem versionibus latinis « Cassandrae » Schillerianae (Symbolum ad historiam poesos neolatinæ) - F. PALATA.
Nigritarum commercium - P. ROSSANI.
Isleia virgo - P. GEPP.
Benvenuti Cellini natali die quarto post saeculo remante - A. COSTAGGINI.
De « siderostato » - P. A. M. ROVITTI.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Formicarum vivendi ratio microscopio perspecta - HERSILUS.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Quo perveniet electrides? - Flammiferi ubi plurimi conficiantur - Ioci - P. d. V.
Sociis monitum - A. SECRETIS.

XXIV num. ann. III.

De duplice litterarum certamine a commentario Vox Urbis indicto - Vox Urbis.
Latinae Americae Madritensis coetus - P. ROSSANI.
De septem versionibus latinis « Cassandrae » Schillerianae (Symbolum ad historiam poesos neolatinæ) - F. PALATA.
Fridericus Maximilianus Müller - A. COSTAGGINI.
In nocte Christi Natali puerorum lusus vernacula voce « Il ceppo » - M. RICCI.
De anno quo natus est Christus - P. A. M. ROVITTI.
De Bethleem urbe ac de « Crypta Nativitatis » - A. CRIVELLI.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P. - C. PASCAL.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Pro elephantibus - A. L.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - A. B.
Aenigmata - A. MORCHIO.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Arbores celeberrimae - Exquis libris bibliotheca ingens - Ioci - P. d. V. - I. BATTANII.
Epistolarum commercium - A. SECRETIS.

I num. ann. IV.

Kalendis Januarii MCM - Sociis, lectoribus Commentarii nostri humanissimis - Vox Urbis.
Novo ineunte saeculo - I. TONILO.
De Ausonio poeta - I. LEMETTE.
Iesu Christo Servatori Deo - A. CERASOLI.
Circa musicam animalia quid sentiant - P. ALEXIS.
Romuli et Remi pueritia - LAELIUS.
De fama et longaevitate - M. LANI.
Pallas armipotens quam Botticellius retulit - FORFEX.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P. - G. PASCAL.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Ex Americis - De ingenti rota « Ferris Wheel » nuncupata - H. DOSWALD.
Communia vitae - Vinea, vindemiae, et quae propter - H. D. V. PIERALICE.
Canum novissima officia - R. SPINA.
Annales - POPLICOLA.
Librorum recensio - A. B.
Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Rex florum - Turris ex cornibus - Aurum non aurum - Ioci - P. d. V.

II num. ann. IV.

De Gallorum reipublicae discrimine - P. ROSSANI.
Annus MCM - P. R.
De S. Isidori Pelusiota epistulis - N. CAPO.
Suffragia apud maiores ad gerendam rem publicam - SENIOR.
Montium Pistoriensium laudes - M. RICCI.
De Pistorio urbe clarissima - A. BARTOLI.
Reliquiae « S. Mariae Antiquae » in Foro repartae - ROMANUS.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - C. PASCAL.
Ex Americis - De Americano gratiarum die - H. DOSWALD.
Quaestiones inter socios propositae - De anno quo Christus natus est - M. DOS.
Titulus Kassala apud Derviscos in honorem italorum militum nuperime positus - F. RAMORINO.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Nicolai Machiavelli sententiae de legibus - C. DEHÓ.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Priusquam incipias, consulta - Sinensium deliciae - Ioci - P. d. V.

III num. ann. IV.

XIX saeculi civiles eventus - P. R.
De communi omnibus eloquio constituendo - SENIOR.
Ex Gallia - Latinae humanitatis triumphus - L. P. MICROVIR.
Dominicus Cimarosa - I. ANTONELLI.
Cosacorum exercitationes et ludi - A. COSTAGGINI.
An. Christ. M DCCC pridie kalendas Ianuarias a Iesu Christo ineunte saeculi auspicia - LEO PP. XIII.
Horae subsecivae - Sub icone S. Caeciliae a Raphaelle Urbinate depicta - De Sensu decori - I. BATTANII.
Romani Fori monumenta novissime reperta - FORFEX.
Cuinam Urbis incendium tribuendum quod Nero-nianum dicitur - G. P.
Lollius sive de proiecta latinitate - P. ANGELINI.
Mirabilia caeli - P. A. M. ROVITTI.
Annales - POPLICOLA.
Victoria Regina, Imperatrix - P. ROSSANI.
Iosephus Verdi - Vox Urbis.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - I. A.
Aenigmata - F. PALATA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Litterarum opus immane - Ubi primum locatitii currus omnibus pervii? - Ioci - P. d. V.
Sociis monitum - A. SECRETIS.

IV num. ann. IV.

Iosephus Verdi - I. ANTONELLI.
De communi omnibus gentibus eloquio constituendo - N. CAPO.
De prima Christianorum persecutione deque epistola quadam Pseudoseneceae iniuria neglecta - F. RAMORINO.
Anglorum monumenta - LAELIUS.
Pro Brutis - R. PANCARO.
Novae Summi Pontificis litterae de « Quaestione sociali » - FORFEX.
Chronologia Christi Domini - P. A. M. ROVITTI.
Horae subsecivae - In pueruli mortem matris lamentatio - A. GALIERO.
Communia vitae - Per aequam glaciem abeundis ratio - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Librorum recensio - H. P.
Aenigmata - DIGAMMA.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: Recensiones singulares - Nosocomium novi generis constitutum - Ioci - P. d. V.
Sociis monitum - A. SECRETIS.

V num. ann. IV.

De litterarum certamine a commentario Vox Urbis indicto iudicium sententiae:
I. - F. RAMORINO.
II. - P. ANGELINI.
III. - A. CIMA.
Poetarum mixta aerumnis gaudia - FR. X. REUSS.
De « Christiana democratis » - P. ROSSANI.
Senatus et popularium oratorum aedes Vindobonae - FORFEX.
Ex Germania - De populari quadam Germanica Societate - P. ALT.
Lympha in variolas pueri ingesta - LAELIUS.
Böklin pictor - G. P.
Quaestiones inter socios propositae - De una eadem que apud omnes pronuntiatione latina - A. SORDET.
De statura hominis - M. LANI.
Communia vitae - Per aequam glaciem abeundis ratio - H. D. V. PIERALICE.
Annales - POPLICOLA.
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.
Aenigmata - I. CASTELLI.

In tertia operculi pagina:

Per orbem - VIATOR.
Varia: De Sinensi « Encyclopédia » - Nullane in posterum aquarum Victoria? - Ioci - P. d. V.

I
Lib. I

SAECVLVM.
POST·ENE
LONGA
AVSP
GENTES
PLAV
QVOD·BON
CHRISTIANOR
VT·ROM

Qualis p
Rupes m
Depra
Hor
Talis, gr
Luctantis
It cym
Clav
Non Eur
Vincent
Latum
Num
Solemne
Non infer
Caelic
Iuss
Frusta n
Frusta s
Sensere
Indo
Quos Ch
Insanient
Ausus,
Casti
Intaminat
Vestem cu
Quam
Pestil
Letali Ar
Efferre fr
Martina
Verte
Fraenis sa
Mentes cr
Parere
Cbris
Eheu, quo
Messes m
Gens se
Gesti


VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7½.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.



LEONI · XIII · P. M.

SAECVLVM A CHRISTO REDEMPTORE VICESIMVM
POST EMINSA MORTALIVM PAVCIS CONCESSA
LONGAEVA GLORIOSAE AETATIS SPATIA
AVSPICATIS OMNIBVS EXORDIENTI
GENTES CATHOLICI NOMINIS VNIVERSAE
PLAVSVS DANTO VOTA SOLVUNTO
QVOD BONVM FORTVNATVM FELIXQVE SIET
CHRISTIANORVM DOGMATVM LEGUMQVE ADSSERTORI
VT ROMANAE PETRI CATHEDRAE ANNO
FAVSTE FELICITER EXPLEAT

*Qualis profundis tollitur ardua
Rupes minaci vertice flumibus,
Depraeliantes et procellas
Horrisono strepitu refringit;
Talis, gradu certo, oceani potens
Luctantis, inter monstra natantia
It cymba, quam Petri per undas
Clavus iter docet irretortum.
Non Eurus audax, non Aquilo impotens
Vincunt carinam cedere nesciam:
Latum stat, aeternumque stabil
Numinis omnipotentis ore
Solenne dictum: — Non Erebii furor,
Non inferorum praevaleant manus;
Caelique terraeque interibunt,
Iussa Dei remanent in aevum. —
Frustra minati vincula, carceres,
Frustra secures fascibus additas
Sensere Romani tyranni.
Indomitis animis premendis
Quos Christus urit. Contudit Attilae
Insanientis terrificos Leo
Ausus, et immites catervae
Castra Dei petiere victae.
Intaminatam scindere perfidus
Vestem cupivit, foedere contulit
Quam nuptiali Christus; orbi
Pestiferam et meditans ruinam,
Letali Arius vulnera concidit.
Efferre frontem desine pervicax,
Martine, dum stulte superbis
Vertere fasque nefasque, iactas
Fraenis solutas, quas Deus indidit
Mentes creatis pectoribus, neque
Parere subiectos Magistro
Christigenum pateris supremo.
Eben, quot uno crimine consitae
Messes malorum! sed nece purior
Gens sancta, per caedes, per hostes
Gestit iter remeare caeli.*

*En alter adsis, in genus improbum
Bellator acer, terribilis LEO!
Cristasque tollentes in antra
Letiferas colubras retrude.*

*Heu, quam diu nos tartarei premunt
Ungues draconis! Sibilat et fremens:
Infamis (1) (horrendum locutus)
Ah! pereat, vomit ore turpi.*

*Descende caelo, cuspide et ignea
Hostilium agmen funde cohortium;
Praesens et insignes fidelis
Da, Michaël, populo triumphos.*

*Auditis? alto de solio Petri,
Miror senecta floridum et impigrum
Aetate non fractum LEONEM
Attonitis dare iura saeclis.*

*Nuper volutum gurgite temporis
Saeculum LEONIS lumine splenduit;
Mox Ipse divino futurum
Consilio reget unus aevum.*

*Signum salutis gentibus extulit
Promissa pandens Numinis: hic citum,
Immotam ad arcem Vaticani,
Ferte pedem, populi, volentes.
Hostes in acres hic clipei armaque
Invicta semper fortibus et bonis;
Hic pugna felix, hic decoris
Temporibus redimita laurus.*

ALPHONSI CERASOLI S. I.



EX EUROPAEORUM FOEDERE PUBLICA FUTURA COMMODA

DE opportunitate, quam publicae hodiernae res suadent, ut Europae veteris respublicas unum foedus tandem aliquando coniungat, alias in hoc commentario disserui. Rei autem iterandae Novicow, natione Russus publicarumque rerum vir studiosissimus, stimulum praebet, ea praesertim fuse exhibens, quae ex tanta pactione utilissima quaeque in populorum bonum praenunciantur fore ut prospere effluent (2).

Adnotat siquidem imprimis vir, nec a veritate longe aberrare eum credo, innumera hodiernae egestatis mala, quibus plebs omnis urbana vel agriculta per Europam torquetur, belli metu potissimum enasci, quo fit ut praevalidae gentium vires copiosissimaeque divitiae industria, artibus agrorumque cultui subtractae, nonnisi in copias exstremendas vel in arma comparanda dissipentur.

(1) Blasphemum Voltairii dicerum carpitur: *Ecrasez l'In-*
fame. (2) *La fédération de l'Europe* par I. Novicow. Paris,
Alcan, 1901.

Huic igitur maloruū maximo medela una illa atque efficacissima obstabit pacificum foedus nostras inter gentes ferendum, unde quae publica nascentur beneficia, commercia, industriae artes, arva aerariumque inopinato ac brevissime experientur; sublata vero eos erga, qui dominantur et plebem opprimunt, reverentia, eaque ad iustos viros itemque alterius iuribus obsequentes conversa, posthabito uno eodemque studiorum ritu, mulieribus in libertatem paremque virorum conditionem vindicatis, ordinum luctis atque discordiis sedatis, vctigalibus omnino imminutis, militiae ineundae onere deleto, religione denique e reipublicae tutela soluta, novum vivendi genus Europaei inibimus, non tam praesentium bonorum fruitione, quam praeteritae egestatis memoria perquam iucundum.

**

Et bene quidem, pulcre recteque: sed quando haec?

Obstacula praepediunt, eaque adeo multa et varia, ut arridentem tantam spem in diem paene novissimi iudicii differant. Quae sane minime denegat Novicovius, immo et enumerat diligentissime, et ad trutinam revocat, suam cuique aptissimam proponens rationem, qua exsuperentur. Est equidem primum praejudicium quoddam vulgare, unde arbitramur passim gentium potentiam eo convalescere melius, quo latius per terras vel maria earum imperium protendatur, minime autem solliciti quantam unusquisque civium operam in commune bonum contulerit, vel uberem conatum tentaverit ad omnium divitias augendas. Est et veneratio iniuriosa ferme atque impia, qua bellorum duces imperatoresque summos Victoria coronatos, licet tabe sanieque tot victimarum cruentos prosequimur: barbaris digna sane mens! Est et fallax nonnullorum opinio, qui credant publicas opes augeri bello, cum contra gentes plures exstiterint, quibus diuturna pax tot bonorum fecunda evasit quot nulla attulisset Victoria, ut Helvetiis ab anno usque MDCCCV sors dedit, ut Belgicis post annum MDCCXXX, ut Germanis inter annos MDCCCV, MDCCXLVIII, ut Americanis inter annos MDCCXII, MDCCCLXI. Quodsi a prima usque mundi aetate nulla bella fuissent, orbis terrarum incolae ad quatuor millies centena millia hodie dinumerarentur, quibus, praeter hodiernas divitias, ingentes illae opes adhuc essent, quas bellicus furor delavit, vel quarum augmentum praepediit. Pariter falso asseritur virtutes hominum ritu hoc occidendi coacta multitudine roborari, cum milites ipsi singuli, quorum persaepe excultum ingenium animusque mitissimus in communi

suorum societate laudantur, dum bellum agunt, in turpissima ac cruentissima crimina belluarum more saepe corruant. Item nec augetur ullimode bellico conatu civile bonum etiam victorum, quorum contra legiones, si artibus vel agris adlaborasset, commoda cuiusque in vita ducenda eximie perfecissent, artesque et litteras ad altiores metas arripiendas iam deduxissent.

*

Sed qui militaribus rebus student bellum passim cum iuris tutela, vel cum iuris exsequitione confundunt, decepti plerumque et illi; nulla enim tutela iuribus comparanda esset cum violator nullus exsurgeret, iurisque exsequitio constitutis inter nationes communibus vigilum cohortibus, committi optime valeret. Neque enim cum impia hominum gens, aut sodalitas in communitatis detrimentum, vel in sociorum perniciem insurgit, eam ab insano conatu vi repellere nefas erit unquam. Ceterum, ut ait Novicovius, praefecti militum, imperatores, legati, tribuni, centuriones, milites honesta missione sacramento soluti cinguloque expoliati, ne acquisita iura amittant lex esto: verum illis qui ad artes, aut ad arva redire impotes essent, leviori admodum impensa stipendia reddentur sua ad mortem usque, quam quae hodie erogatur in bellicas res immanis ferme populorum pecunia.

*

At gentium indoles, mores, historia ne delectantur, neve commisceantur cum ceteris statuto foedere pertimescent plures; quo circa animadversendum eo ritu fore ut iungantur nationes, quo singulae provinciae per imperia connexae sunt. Nec aestimet quispiam populorum inde effusio atque augmentum fore ut coercentur, quibus profecto et apertius et planius arbitrium immigrandi in finitos erit per foederis blandas leges, quam antea exstiterit, iure invasionis per ignem et ferrum usurpato. Quo factum est saepe ut subiectae vi nationum cervices, indomita manerint per saecula, ut Hibernios in Anglos, ut Polonos in Russos, ut Graecos in Turcas vidimus, ut Boeros et Cubanos et Philippinos hodie videmus. Ceterum, quo tempore tantus humanarum rerum progressus erit, de iustitia comitiorum ex omnibus populis ad sententias de discordiis ferenadas ac de iurgiis adlectis nemo dubitet, cum id praecipue cautum erit, ut utriusque contendentium legati ab aula recedant.

*

Atqui tot tantisque utilitatibus electi, nos quoque una cum Russo auctore foederis feriendi auspiciatum diem ut properet obsecramus Deum; verum num id proxime fiat dubitamus vehementer, cum Transvaalianum, cum Sinense, cum Philippinum bellum produci inutiliter ac cruenta, ac superbia tantum suadente conspiciamus; cumque nova arma, novaeque classes comparentur in dies. Sed tamen et ipsa rei disceptatio et populorum favor signum indubium ac veluti sponsio quaedam novae aetatis praelucet, cui dabitur iuxta Evangelica de caritate praecpta, quibus, etsi lentis-

simo gradu, quotannis tamen plenius aliquantulum homines obsequuntur, mores et leges omni ex parte in unum cogere atque ad universum bonum deducere.

P. ROSSANI.

CRUCIS HISTORIA

I.

Ne quis admirationem suscipiat, quum dixero crucis signum multis iam ante Christum saeculis, haud nota satis traditione, redemptionis, vitae atque beatitudinis signum fuisse. Indubium est enim apud populos veteris Aegypti, tot mysteriis impliciti, vitae signum quod *Ankh* nuncuparunt crucis formam praeseferre. Quod quidem signum vocatum est etiam « clavis Nili fluminis », et flumen ipsum a vita dictum, atque numinum praecipua nota. Serapidis autem templo deleto, eius in petris signum idem tamquam immortalitati servatum recognitum est. Thebis deinceps, ac Memphi, sphingis immobili custodia tecta, crux veluti aenigma futuri solvendum saeculis in obeliscis, in hypogaeis, in Pharaonum feretris exstitit.

Nemo igitur oppugnet antiquitatis populos, ignota, inquam, ex traditione, salutis atque felicitatis sensum cruci tribuisse. Sic in ultimo Oriente Brahma discipuli *soastika* illud vocabant signum, quod nos vulgo *crucem gammatam* vel *crucem Gaza* appellamus. Quod si ex torridis Asiae regionibus ad rigidas poli terras ascenderimus, ibi quoque crucis signum virtutem suam peculiarem indicans invenimus. Aderat venerabile indicium in septentrionali quoque mythologia, suamque vim servabat, sacramque veluti stigma omnibus imponebatur, quae divinis templis inseriendis adhiberentur. Quid plura? Ignota sane historica impellente causa, cuius tamen effectus censoria perquam rigida (critice vulgo dicimus) probavit, crucis forma in Americanis ipsis terris reperta est, cum Cortesii atque Pizzarii legiones eas occuparunt. Quod quidem non meo iudicio adfirmo, sed viri auctoritate innexus, quem hodierni philosophi omnes magni faciunt, Alexandri Humboldt, qui scripsit haud ferme inter fictas fabellas cruces illas referendas esse, quae Cozumel et Yucatan invasores tanto stupore perculerint.

Atqui plures scriptores cum recens inquirerent quanam de causa inter barbaras, utriusque Americae tribus crux reperta fuerit, id commerciis cum Hibernis antiquitus commutatis tribuerunt, quae saeculo decimo Groenlandiam terram invisere. Difficultatis vero nodus haud ita solvitur. Profecto haud inficiamur Groenlandenses vel, si melius arideat, Nestorianos Sinensis Imperii fideles, procella forte in Californiam peninsulam iactatos, crucem ad Americas afferre potuisse; at signum illud diu ante eam aetatem inter *aztecas* litteras procul dubio conspiciebatur. Exstabat enim sacras inter picturas et primi peccati et diluvii, et babelicae confusionis memoria; ecce igitur christianae fidei nota novis etiam in terris Christum non praecurrerit, veluti in antiquis ante venerat? Quid enim mirandum magis atque insignius, quam crucem in *Pentateucon* sacris libris decimoquinto ante Christum saeculo reperire, eamque a David, psalmorum vate, descriptam audire, ab Ezechiele propheta significatam mille ante Incarnationem annis? Propheta « Iustum » reprezentat insueto morientem supplicio hebraicis legibus prorsus ignoto, quibus vix octoginta post et octingentos annos additum est a Romanis.

Aeschylus ipse, Eleusinis sacris initiatus, mythologicam traditionem revocare videtur, quae narrabat Prometheus Caucaso in monte, super cruce expositum, idque ut plane significaret numen ad alterius numinis iram placandam patiens.

Quid iam? Plato ipse, Nili fluminis in templis frequens discipulus, tam fideli traditione « Sanctum » flagellis percussum, ac deinde crucifixum exhibet, ut vel Iacobum Rousseau exclamare coegerit: « Iesum Christum ad unguem scriptor describit! »

Quare, usquedum quispiam contraria probaverit, sacram crucis signum iure habeam veluti pignus divinae sponsonis in Eden elicite, hominibus quodammodo revelatum, qui ipsum pariter fidelissime sacram veluti pignus custodierunt, ad diem usque in qua arbor haec redemptionis simulacrum est elata.

(Ad proximum numerum).

Ex ineditis MARIANI ARMELLINI (1).

DE POPULARIBUS ATHENAEIS

Dingenuarum artium ratione evulganda in *Vox Urbis* alias scribens, praevalidum ad rem futurum indigitavi auxilium popularia athenaea. Haec Dani primum, qui humanae societatis necessitatibus propriis atque aptius subveniunt, sibi considerunt, eorumque exemplum Suetii, Norvegii, Angli, Scotti, Americani, Austri, Hungari, Belgae, Galli, Itali deinceps, alii post alios imitati sunt. Reliquae gentes, sua quaeque vice, aliquid simile iam moluntur, non equidem ut rusticam plebem, sed ut urbanam, quae his proxime eget auxiliis, erudiant simul atque delectent. Rustici enim plures vivunt adhuc montana per oppida, nec eos legendi nec scribendi artem ludi magister quisquam edocuit: quin etiam haud raro contigit ut ad militarem delectum vocati, quae sit dextera quaeve laeva manus ignorant, vel ipsius gentilicij paternae domus cognominis fuerint oblitii. Contra vero, qui urbani proletarii dicuntur, fabrilibus dediti operibus aut commerciorum negotiis intenti, aut officinis inserviendis adlecti, excultiore mente sunt passim; quae recognit, licet haud rectissime, describere calamo ut plurimum callent, neque a diariorum ephemeredumque quotidiana lectione absunt. Sunt immo ostiarii et hospitiorum famuli et tonsorum tirones, vel mercatorum discipuli aut curiarum scholarii et gallici eloquii satis periti et sumptuarios forte libros redigendi callidi, ignari tamen omnino quo fuerit saeculo condita Urbs, quaeve Homerius aut Vergilius poemata scripserint, aut quos praecipios triumphos retulerit Napoleon. Ecquid tamen? Nonne ea passim multitudo est, unde illorum qui « socialistae » aut « anarchici » dici solent agmina deligantur, quaeve comitia huiusmodi compleat? Turba haec morum disciplinae, aut iuris pracepta aut oeconomiae leges penitus ignorans, emendandae, immo evertendae hominum societatis vota et rogationes probat; hanc vaferimi cives, popularis causae patrocinium insimulantes, sponsonibus absurdis suo pro lubito fallunt, decipiunt, eius captantes favorem, quo sublimiores sese extollant. Est enim Baconis illud effatum, inmane philosophiae detrimentum eius animo inesse, qui vix eam delibaverit. Atqui planum est id minime iis abigi posse munimentis, que in vesperinis aut nocturnis ludis pro opificibus, caritate eximia constitutis, tradi solent. Rudimenta enim ea sunt

(1) Cfr. *Vox Urbis* an. II, nn. IX, XVIII, XIX, XX.

litterarum, quae tradant nimurum excultiori plebi media, unde venenum sibi suisque corrupta lectione comparent.

His itaque occurrere malis athenaea popularia qui posuerunt student, quorum in aulis, eadem plane quae singillatim et per partes disceptata et exposita nobilioris ordinis adolescentibus iuvenibusque mandantur, summatis, enucleatis e plebe auditoribus proponantur. Idque in philosophia primum et adfinitibus eius doctrinis, iis praesertim quae humanae societatis ordines, historiam, necessitates, utilitatem spectant, morum scilicet disciplina, iurisprudentia, sociologia. Errores inde confidimus, si christiana mente novum hoc incepsum regatur, multi fore ut dissipentur, quos ignara plebs falsis decepta prophetis, utpote suis votis faventes libenter exceptit. Deinde quae astronomiae, quae matheseos, quae physices, quae mechanicae disciplinae innumera detecterunt mysteria, ea sunt laboriosis in his scholis enuncianda, ut praesertim suae audienti cuiusque artis abditae leges et radices innotescant. Ultimae liberales artes iisque congeneres instituantur. Pulcherrimorum operum, quae sive coloribus, sive scalpro, flante Deo, homines perficerint, ostensio ac propria imitatio; poetarum exquisita lectio, musices concentus auditio, dramatum actio, denique ipsis sodalibus libera disciplinarum optio delectamentum pariter et eruditionem parient, qua nulla maior.

Quamquam totius operis immediatos fructus alios esse reor. Planum est enim iuvandae hominum sortis, non tam in iis omnibus quae cibum, quae domum, quae vestes spectant, quam etiam in iis quae commodorem vitae curriculum efficiant, primam esse conditionem indictam, ut animos mentesque suas, ut sensus, et motus omnes singuli ante expoliverint, molliverint, flexerint, suavia et lenia reddiderint. Haec, si insitam in divina religione potentiam excipiatis, nullo magis remedio quam eruditione sunt asse- quenda. Qua tamen in popularibus athenaeis proposita, illud etiam consequemur, ut inter nobilioris ordinis viros et iuvenes, qui docendi munus sor- tientur, et rudiores audientes, nova caritatis vincula nectantur, quae discipulos et magistros vicissim de- vincire solent.

Profecto quis locus his vinculis arctandis opportunitus magis, quam ea sapientiae templo, quo con- venientes cuiusque ordinis cives uno eodemque studio omnes urgeantur veritatis et pulcritudinis; unum idemque solatium ab huius vitae infortuniis coniunctum querant? Veri enim inquisitio, pulcri contem- platio nobilioris animi hominibus una sunt maxima malorum lenimenta. Quae cum felici connubio, evan- gelica caritate auspice, qui sapientiores ditioresve sunt egenis humilioribus comparaverint, tunc tot miserorum animis praevalidum et pergratum auxi- lium conferent.

Est enim et illis humana mens, humanus animus, qui non solo pane sed et caritate, et lumine, et ve- ritate eget ut vivat.

I. ANTONELLI.

*Rebus in augustis facile est contemnere vitam.
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*

MART. Epigr. lib. II.

Non vita haec dicenda est, quae spiritu et corpore continetur; illa, inquam, illa est vita, quae viget memoria saecu- lorum omnium, quam posteritas altit, quam ipsa aeternitas semper intuetur.

CIC. Pro Mar.

CIRCA MUSICAM ANIMALIA QUID SENTIANT

In quo vis equestri circa ad musicae rhythmum gressus moderantur equi, et ita musicae progre- dienti morem gerunt, ut lento pede tardam, festi- nantem concitat sequantur. Quinimo commune illis est, ubi liberi sint, musicis attendere sonis, tubarumque signa et iussa callere, et iis obedire in re, turmisque militaribus. Visne vespertilionibus non modo cingi sed obsideri? Indulge musicis noctu sub dio, praesertim cytharae, aut, siquod calles, instrumento dulcisono; eadem experieris quae ego frequentius. Anna- libus naturalium rerum inest illa captivi centurionis in arce *La Bastiglia* Parisiis recordatio, cui fidibus tibiisve canenti undequaque et recessibus adstant suis muris et aranearum populi, donec musicae daret ope- ram non dubia delectationis, quam hauriebant a sono, signa ostendentes, qui, ubi cessaret ab opere, in cubilia sua recedebant. De aranea, immo de duabus huiusmodi, in hisce commentariis mentio facta olim est, quarum altera e laqueario, altera e vase et armario ve- niebant ad sonos pulsatarum chordarum, et iis ob- mutescientibus in domicilia sua revertabantur. Lacertis id quoque commune, commune id quoque psyllis ae- gyptiis, commune, quis crederet?, terribili mole et veneno serpenti, quem crotalum dicunt, quemque tentiorum globos ingressum semel puerosque rap- turum, stragemque obstantium editurum tibiis dimo- vent Indi, silvestris gens, non terrentes, sed allientes tibiarum sono, longeque deducunt et in laqueos mor- riturum adiungunt mitem, et immanis potentiae, et famis, et veneni et feritatis oblitum. Marsos carminibus in Italiae aequo subdentes sibi anguineum genus omne antiquae memorant litterae, recentiores testantur. Quaenam carmina quaeso? Nomen ipsam rem signat aperte; « cantamen » dicitur; unde et biblicum illud aspidis opplantis cauda dexteram aurem, laevam solo applicans: « ne audiat vocem cantaminis ».

At gravius est aliud, quod non miramur; quod frequens enim, quotidianum, commune praeterire incuriosi solemus. Albi pennis passeris, qui *canariorum*, ex insulis, unde allati olim sunt, nomen ferunt, meruli, carduelis, fringillae, ossifragi et siuae hoc ex genere aves, quibus natura dedit non modo conformati- onem gutturus, sed dulces cantus, et indolem pangendi sae- pius, habent mirabile quoddam ingenium et memoriae vim, quibus auditae retineant cantiones, et reddant. Quid si alias alii inserant? Quid si sua nonnulla interponant auditis? Hinc plerique aviculas huiusmodi docere solent illo organo exiguo, quod gallice *carillon* nuncupatur, nec sine delectatione audiuntur incumbentes in aliquod musicum, et illa edentes, quae magistri optimi constituerunt cantanda in theatris. Eaque in re magni stuporis causa fuit pica qua- dam, libera et penes barbitonarem in urbe hac nostra vel ipso hero loquacior, et reddendis cantibus illo apta non minus. Quae praetereunti funebre pompa magna flentium tubarum apparatu insigni cum ad- fuisse, plures dies moerens et solitaria conticuit, nec dedit ultra voces ut antea solebat. At post quadridui silentium repente reddit funebre carmen ex integro, quod musica concinentium turba tubis ediderat quum demortuo praeiret. Ecce avicula tot diebus intenta non modo in recordationem cantionis, sed in depro- mendum melon praecipuum ab harmonia obsequente et circumludente.

Atque hic praetereundus non est passer quidam communis, quem amicus meus Ioannes Gualdus fa- miliare habebat domique liberum, et mensae familiari convivam. Huic natura dederat et imitationis


(1) Cfr. an. IV, n. I.

indolem et potestatem cantus, supra congeneres; quidquid enim e canariis, e carduelibus audivisset semel, edebat, et quae ex musicis operibus herus adsibilasset labiis, ille feliciter et fideliter cantu red- debat.

Iamque addam, ut finis sit, aliquod nec semel nec bis a me servatum, scilicet huiusmodi aves habere cantum laetitiae, cantum desiderii, cantum moeroris, cantum ad somnos conciliandos uxori in nido super ovis, implumbibusve cubanti, cantum ad salutandam lucem redeuntis aurorae. Quum enim in horto es- sem, ut passeris et latrocinantes a strato solo, cui semina credideram, aves arcerem, focili usus, plumbo saepe constraveram. Motacilla inter ipsas occubuit, motacilla, inquam, quae superioribus diebus una cum laetissimo comite garrula et iucunda semper cantabat. Vix credibile est. Infelix coniux veluti supplicibus uxorem primo accire vocibus suave quid adsibilans; postquam non reddituram comperiit, ita me lamentationibus miserabilibus affecit, tantoque dolore omnia complevit, ut ipse loco cesserim, et, quasi patrati sceleris me poeniteret, diu moestus exstiterim. Quin etiam tot post annos, etiam nunc occidisse doleo, nec auditi lamenti obliviscor adhuc, et non obli- viscar.

At, quae principatum apud nos in hisce tenet, philomela est, quam nostri villici *russignolo*, antiquo nomine « luscinia » in blandiloquum « luscinolum » immutato, dicunt, *usignolo* cultiores. Quoties ista canit, nova fere semper, certe semper mutata; noctibus praesertim vernis, quadam aemulatione proximis pri- mum, deinde longinquioribus respondentibus ac decer- tantibus. Quid si in proximo pastores sint, qui circa focum ad greges cantum exercent sequentibus pa- storibus fistulis? Ubi avenae cessent voces, canen- tibus quippe iis, audientes religione magna silent, omnes in voces certatim prorumpere, atque, ex tot concinentibus una, quidam concentus oritur angelorum aure non indignus; quem felici musa amicus meus Iacobus Ciocci pastorali musicae pro Nativitate Domini ita subdidit, ut hac una voce opus absolveretur, atque ita se habet tibiis ex organo expressum:

Adagio e rall. sempre più.




Morendo.




Nonne somnos suadere videtur? Certe quid sua- vissimum est. Alterum addimus, quod ipsi a lusciniola canente in sepe nostri proximi hortuli, et in melo-

dicum thema saepe redeunte didicimus, imitantibus
mox instrumento, quod harmonium dicitur, certatim
avicula respondebat in idem oberrans, at ita immu-
tans, ut spem assequendi ad unguem penitus auferret:

Andantino ma rall. si da finire in adagio.



Tertium denique a luscinia remotiore audivimus,
quae tota nocte ita moesta deflebat, ut in ipsa suavitate
atque oblectatione cantus moerorem in pectus
induceret. Tribus fere noctibus haec exercuit. Quarta
nocte audita non est. Numquid illa Vergili ac Tor-



Glaciei mons ad Niagarenses cataractas.

quati huic scripto in superiore numero praefixa
ferebat?

Moderato ma rall. sempre.



Vir Grétry monet canoris avibus illas esse in de-
liciis cantiones, que musicis notis « 1. 3. 5. 8 » in-
cumbunt, et canon ab ipso est quem describimus:



Rem sub iudice linquimus. Notamus tamen alacres
et doctos viros eo processisse, ut sermocinationem
avium et colloquia diurna observatione ferme corri-
puerint, leges huiusmodi ad intelligendum dederint.

Adagio ma forte. P. ALEXIS.

NOVUS E SOCIETATE IESU COMMENTICARUM FABULARUM AUCTOR

CATO ipse stoicus, et si quis e Laconia censor existeret, proculdubio librum laudarent, qui dum otiosae diei inservire delectationi videtur, altiori obtutu defluxos persequens mores, ac tristi calamo narrando recensens, tempus otio tributum in emendationem gentium operosus et argumentosus convertit. Novumne hoc dicam, Horatio iam inde monente:

*Omnē tulit pūctum, qui miscuit utile dulci,
Lectōrem delectando, pariterque monendo?
At, quae cūctarū novitas grāissima rerū
libro huic acquiritur, et industria summa quaesita est
ex argumēto potius, quam ex distributione partium,
ex eloquio purissimo, ex vita et veritate descriptio-
num, quamvis haec omnia et laudabilia sint, nec
optimo quovis ferantur indigna scriptore. Audaci
dextera velum omne removit, ut quae turpia sunt,
quae scelestā proprio apparet dignoscenda vultu,*

quo quidem abominabiliā cuique sunt, nec facile
in famulatu suscipientur,
dum personata, et alieno
honestata amictu impune
cuivis haerent, haerentia
vero commendata, domi-
que retinenda videntur.

Editus liber est Hispanico scriptus idiomate,
cui nomen *Pequeñeces*,
quasi: *Puerilia, Minuta.*
Utrum exiguum nomen
inditum fuerit ad conciliandam gratiam, vel ut
facilius rei moles humili
sub titulo lateret, incer-
tum. Uterque probatur
finis. At quinam finis?...
Cauterio et ferro emor-
tuæ carnes et saeva cu-

randa sunt ulcera. Qui medicam operam navare voluerit aegroto, vibicibus undequaque et sanie sub purpurei panni dolo latentibus, amoveat primo purpuram necesse est. Id Aloisius Colma tulit sibi opus, ut patricii, et patriciorum decora alta affectantibus coram id poneret, quod flagitosum quemquam ex infimo gentis ordine dedecret.

Hic autem quinquaginta abhinc annis Astae Regiae in oppido Andalusiae natus, patre usus est in primis, ut ea sunt loca, diti, qui nihil sibi reliqui fecit ut filio omnia praesto essent ad doctrinam, atque ad robur, in quibus ita excelluit et animo et corpore, ut generosos condiscipulos et exemplo excitatet, et virtute praeiret. At rapiebat eum maritimae rei militaris cupidus, ac totus in ipsam apud navale gymnasium incubuit, ut omni peritia et scientia potiretur. Iamque plura patriae, sibi, suis, amicisque speranda pollicebatur, cum repente, quasi nubes a Borea in Austrum adacta, iuris utriusque disciplinam aggressus est, et quinquennio in Athenaeo Hispanensi sedulam Iustinianaeis rebus operam dedit. Decoratus laurea diu versatus est in itineribus quaversus per orbem paene totum terrarum; indeque rediens ephemeredibus gnaram imposuit manum scribendis; at cum tortis in eum, qui nova quaedam commoliebatur, magistratus oculis aspiceret, sociosque, quibuscum versabatur, non quidem frugi, nec bene moratis, notaret, patriciorum arces, palatia, aulae iuveni patebant blandientes audacioribus coepitis, laudantes et bene de futuris omina ferentes.

Sed ab opinione gentium longe omnia acciderunt. Colma enim, dum scriptis, alloquio, adspectu suo quaeque replet, subito, quasi abreptus, dispergit, neque nisi exacto decennio iterum per ora populi volitavit. Siquidem anno 1874 domi repertus est manuballistulae rotantis ictu vulneratus, quo capitis vulnere diu mortem vitamque inter nutavit, et, si fides plerisque habenda, nunquam de vulnere penitus convalescit. Per menses aegritudo, per menses vitae discrimen; et nondum convalescerat quando, veluti Loiolaeus Ignatius, annum tertium supra vigesimum agens Societati Iesu nomen dedit, et severo tirocinio probatus, ad solemnia vota, sacraque litanda provectus est. Verum ista decennio; quod praetergressus admirabiliter coepit eloquentia clarescere, omnia suo nomine implere, proh! quam diverso! Iamque patricium genus, cui late in deliciis antea fuerat, quem rosis olim coronatum viderat, spinis tantummodo nunc redimitum, quem in vetita gradientem conspexerat, virtutis nunc divinarumque rerum praeconem audire cupiebat. Eique gestus est mos, et Matriti praecipua templa recentioris Loiolensis voce sonuerunt. Obstupuer omnes, quotquot audiebant, qui pristinae vitae viri memores, quamquam demulcentem vitia, et supponentem pulvinaria, ut ait propheta, minime sperabant, saltem blandientem auribus fore confidebant. E sacro suggestu bellum atrox corruptioni, corruptis et corruptoribus movens, Colma quae in patritiis vituperanda cognoverat, palam edebat, ut, quos religio non continuerat, proprii discrimen nominis retineret.

Sed « obsequium amicos, veritas odium parit ». Igitur haberi odio coepitus est, cantumque ne ultra alloqueretur. Sic illi domi redditia quies: at quae palam dicere ultra non poterat, chartis credidit, et fabularum commenticiarum libro credidit evulganda, ut idem fructus haberetur in legendis, quem ipse in praedicando sibi pollicebatur futurum. Nec absuit exitus.

Haec novi huius modi origo, qua in re multa graviter, multa lepidissime, omnia argute simul ac docte prolata sunt, quasi paeferente veritate faces. Hispani hodierni ibi sunt, vivi, talesque, in penetrabilibus et in conclave domesticis quales versari solent. Introspicientem acutissimum nihil, aut fere nihil effugit, et quae vident, ea narrat arguta musa, et satyrica, cui inoffenso pede multa patuerunt itinera, nec mendacii accusari potest; quae narrat enim ita evidentia sunt, ut cordato cuivis appareat ea non effinxisse, sed vidisse, non conspicasse, sed interfuisse. Tempora, per quae fabella viat, sunt ab anno 1868, ad annum 1874, idest a subversione dominationis Reginae Isabellae, ad restorationem Regni, accito Alphonso XII.

Est et aliud eiusmodi opus, cui nomen *Juan Miseria*, quod aperte, fortasse et nimis, ea narrat quae apud Hispanam plebem annis 1867 et 1868 gerentur, nec tamen ita ut patrarios ab hisce seiungent, quinimo interdum hi apparent in mordacissimis chartis, non minores populo poenas daturi, ventilante eos cornu acutissimo et validissimo Colma, qui tamen in hoc opere plurima satyrice miscuit, et carpsit, sed minus iucundum, minus ridentibus opportunum opus.

Minores denique sunt aliae narratiunculae, in quibus et eadem vena, et eadem salis mica perfunditur, unum autem omnibus est, ut vitia corriganter, et nova exsurgat generatio gnara solensque virtutis.

Quod Hispanicis omnibus auguramus et ipsis Italis nobis, qui pluribus, qui faticentia restaurent, indigemus.

SENIOR.



EX
De catara

DUOBUS pro-
ctores, ad
magna cum ani-
egregium illud
idque variis aliis
tentia mirari vo

Sed que, q
delectent atque
leratis enarrari

En tenuis ill
sparsa sensim in
gulares glaciei
mirandas desiini
radii accesserint
ctaculum. Prae
arbustis insidet
sunt, arbores gl
florum, qui eni
stant, quo adsp
depingle. Ad hoc
et eodem semper
deicientem et g
tem. Iterum ter
oculos figite;


Perspectum
bus etiam exqui
Miramini ergo

Chicagine, i

DE SAPIEN

QUI in phys
rumque in
habiti sunt, pler
magno cum peric
cum infernis prin
ego ut brevi tan
xiii saeculo virum
plurimos, qui fuer
operam, nominab
haerentem Galilei
diocriter labefacta
est fere ab exord
attulit, quae ferm
que insuper ita
ventum, ut in

(1) Cfr. Vox U



Niagarensium cataractarum prospectus hieme.

EX AMERICIS

De cataractarum Niagarensium hieme.

DUOBUS prope ante annis, vos, humanissimi lec-tores, ad admirandas Niagarenses cataractas magna cum animi alacritate deduxi (1). Nunc autem egregium illud naturae portentum, etiam hieme adire idque variis aliis rebus visu dignis ornatum ex sententiā mirari vobis voluere erit.

Sed quae, qualia, quantaque illic visum pascant, delectent atque demulcent, ea verbis etiam pha-leratis enarrari non possunt.

En tenuis illa guttarum nebula huc illucque di-sparsa sensim mirum in modum congelat, nunc sin-gulares glacie montes efficit, nunc in alias easque mirandas desinit formas, quibus si solis vel lunae radii accesserint, discolor et gratum praebetur spe-caculum. Praeterea eadem nebula vento agitata arbustis insidet et brevi mora omnes, quae prope sunt, arbores glacie oneratae, nunc arcuum, nunc florum, qui emitent, formas - mirabile visu - praestant, quo adspicere nil gratius, nil iucundius potest de-pingi. Ad hoc videtis rabidam aquam, ingenti vi et eodem semper fremitu ac spuma se in barathrum dei-ficientem et glaciem inter et abyssum evanescen-tem. Iterum tertiumque in hoc aquarum miraculum oculos figite; nulla succedit videndi satietas.

Perspectum igitur habetis, naturae opera omni-bus etiam exquisitis artis operibus longe antecellere. Miramini ergo et meditamini. Valete.

Chicagine, id. Febr. MCM.

H. DOSWALD.

DE SAPIENTUM INVENTIS, NONNULLA

Quir in physicas inventiones olim incubuerunt plerumque invisi, plerumque inutiles, plerumque otiosi habitu sunt, plerumque immo amentes, et interdum eos, magno cum periculo et libertatis et vitae, aliquid societas cum infernis principibus inivisse populi crediderunt. Quae ego ut brevi tanta absolvam, Baconem illum, insignem xii saeculo virum dicam, Silvestrum Pontificem, et quamplurimos, qui fuere, viros alchimiae tunc temporis navantes operam, nominabo. At sententiam hanc vulgi animis altius haerentem Galileus, Cassinius, Volta, Torricellius non me-diocriter labefactaverant, et, penitus quassata, subversa est fere ab exordio nuper elapsi saeculi, quod praecleara attulit, quae ferme impossibilia factu iudicata fuissent, ea-que insuper ita proxime consequentia praecedens inventum, ut in ipsa celeritate inventorum aliquid ipsis

(1) Cfr. *Vox Urbis*, an. II, n. XIX.

inventis mirabilius videretur. Addam insuper quod praeterito saeculo prae omnibus peculiare simul et singulare fuit; quum curiositati hominum pleraque inventa ceteris temporibus deserivissent, quae xix saeculo reperta sunt, utilitatibus hominum fere omnia inservierunt. Nonnulla notabili, quae et item, sicut in manifesta re possit esse lis, dirimant, et notam lucri in ipsis inventionibus confir-mabant.

Humano arbitrio subditus vapor remigantium turmas abolevit in navibus per aequora deducendis, aurigarum equorumque populos a terrestri itinere sustulit, celeritate spatia contraxit, et sexcentis dedit viam antea vix binis aut octonis concessam. Verum cum inventum hoc, quasi sub lima quotidie exercente, perficeretur experientia, mox in servitatem lux est redacta, ac triumphari de ipsa coeptum est. Eoque proiecta res est, ut non modo pictorium opus omne haec conficiendum sibi sumpserit, sed, rerum interpres facta caelestium, ipsa elementa, quibus ardent micantque sidera, declararet. Praetereo stellarum cursus vicesque fide magna huius ope descriptos, praetereo mirabiles illos radios corpora interposita pervadentes, quibus liceat nunc viscera intropiscere, occulta legere, clausa oculis permeare. Quo in negotio perficiendo nemini patet quantum viae restet, et ubi sit fas demum consistere. Sed servitus lucis electridem ad catenas vocabat, et mora non fuit quin et ipsa compedibus arctaretur, et in famulatum

hominis potentiam illam immanem, cui pro nihilo sunt robora rupesque, exsereret, et comportaret. Itaque primum telegrapho adstricta quasi cursor et nuntius facta inter urbes et civitates est, et qua pollet perniciete, universum paene orbem terrarum ambiens momento temporis, spernit

Terasque tractusque maris, caelumque profundum.

Et primum, quasi infantula sine nutrictis ope progrederi ne-scia, filis ferreis cupreisque utebatur, sine quibus viarum ignara ire non posset, mox iuventutis robore comparato, filis ducibus abdicatis sola impos errandi procedit. Quid, si dicam iuventutis eiusdem robore adepto, graviora explere servitia coepisse, et carros subiugata traducere mirantibus quidem omnibus, et plura meditantibus in fu-turum posse confidere? Iamque familiaris facta non modo rotas agit in aedificiis, quae ad libros edendos, quae ad pannos texendos, quae ad omne opus, ipsa non excepta agricultura, erecta sunt, sed medicinae benevolia praestat operam, sed scriba fidelis prorsus et sermones notat, et, fidelis pariter testis, prolatu semel repetit quotiescumque necessi sit, immo, musicarum rerum compos, sive cantu quid, sive chordis, sive tubis concinatur, ipsa scribit, ipsa reddit, nihil praeteriens, ad nutum volentis. Quo factum est ut post saecula complura non modo virorum scripta habeantur, sed horum et accentus, et modi, et voces, fa-ciente electride, perennentur.

Haec modo delapsum saeculum dedit retinenda et cu-randa praesenti, nec de cura, nec de creditis dubitamus. Quin etiam pro certo habemus fore ut omnia et singula augeantur atque in melius progrediantur, praesertim cum tres habeamus viros, physicis de rebus optime meritos, qui, veluti legato suscepto in factione testamenti, quae morienti saeculo fuit, nostro huic, quo vivimus, tradere quasi tenentur haereditatem. Hi sunt Edison, Maxim, ac Tesla, in quibus, plerumque spectata factis insignibus, inventionum indoles pulcherrime enituit. At nunc apud nonnullos exoritur quaestio utrum tantummodo repertores rerum dicendi sint ii, qui novam rem penitus adepti sunt, an et iis addendi sint etiam, qui alienis inventis potiti, haec ad novum aliiquid instituerunt. Quamvis ardua et ipsa sit in re tam gravi, tamque aspera, neque invidia careat quaevis sententia, nobis tamen illa arridet, quae neutrī displiceat, immo utrisque sit grata. Ac primum dignos laude singulari censemus viros, quibus ingenii potentia intentatum reliquis primo patuit calcandum iter, qui de nova hac via, quam perspererunt, mentionem fecerunt, posterisque monitum reliquerunt. Imperfecta quidem ha-serunt circa conamina, seu deficiente opportunitate, seu deficiente vita, seu parentia virium, sine quibus, nisi praestet sint et loco et tempore et peragenti, nihil confidere possumus, nihil perficere; at nemo negare potest magnum esse si possibile, si tentandum ostendatur, quod antea impossibile penitus videbatur. Dicam igitur hosce similes agricolis videri, qui sementem credidere sulco. At qui germinantem adiuvere laboribus, coluere sedulitate, de-fenderunt ne calcaretur et infocunda interiret, denique



Prospectus Niagarensium cataractarum, quibus nomen ab antro ventorum, hieme.

collegerunt conversam in segetem, et in horrea intulerunt, hinc posthabendi sunt, et quasi inutiles dictitandi? Vetus non improbamus proverbium: « facile est inventis addere »; at non minus apud nos laudabile videtur alterum: « maius est provinciam retinere, quam facere ». Primum illud asserimus in felici quadam coruscatione; alterum in constanti prudentia. Primum indicavit viam; alterum constravit atque cucurrit. Compar utrisque laus. Operarii sine architecto aedificium non exstruxissent; architectus absque operariis nunquam potuisset solus exstruere. Quid autem si exstructores tantum ingenii conculterint et artis, ut ultra spem architecti perfecerint? Applica, et fac sermonem de iis, qui diversa inventa multorum in unum colligaverunt, ut unumquodque, dum propria confert, conspiret amice, et in aliquod insigne coniuret. Atque hoc est nunc opus et haec ars eorum, qui dum in aliorum inventa incumbunt, haec ad utilitatem humani generis dirigunt; ut eset si quis « cinematographo » phonographum adderet, quibus ita coniunctis res et pateret oculis, et auribus eodem tempore insonaret.

Quum itaque inventionum multitudo sit ingens et frequentior in dies fiat, illud potius optandum est quod ad scientiae incrementum confert, quodque Hartig vehementer desideravit, at frustra tentavit mole rei deterritus, qua opprimebatur; nempe ut quasi per lexicon ordinaretur ac distribueretur inventionum series, et eo deduceretur, affinibus singulis indictis, quo plus minusve diebus nostris perfecta pervenerit. Sic in unaquaque physica inventione facilior progressus, et molientibus quasi praeparata sphaera et caementa, quibus nova aedifica commodius attollantur.

M. LANI.

COMMUNIA VITAE

Per aequam glaciem abeundi ratio (1).

Dicam — Olyphantius prosequutus est — sed vobis hoc non satis dignum; nam tironibus vel indignantibus vix applicamus: constat solea, cui hinc et inde due rotulae sunt in planta pedis media; profecto securior via,

(1) Cfr. num. sup.

28]

LOLLIUS

SIVE DE PROVECTA LATINITATE

Idem, ne dimidiata Tullii effigiem, sed integrum afferas. Sunt enim eius epistola, non sparsae graecis nominibus, sed referatae. Denique, si omnia, quaecumque Cicero siluit, abiencia putas, de duobus alterutrum affirmare necesse est, aut romanum oratorem ne unum quidem vocabulum omisso, quod cogitare ridiculum est, aut longe ditiorem fuisse linguae thesaurum, quam Tullii scripta potuerint capere.

Cens. — Bona pace tui parentis Thomae, in Ciceronis consuetudinem graeca illa non cadunt. Occurrent quidem vocabula *heros*, *heroicus*; sed ea de fabulosis tantum, seu de *epicis* aut etatibus aut viris dicta repertae. Abs re autem opponitur Horatii sententia, de suo iure, non de nostro loquentis. Demortui enim sermonis reliquiae religiose nobis colligendae sunt, quales exstant, non arbitrio effingendae. Itaque ius fuerit Ennio, Catoni, Ciceroni, Flacco, sermonem patrium ditandi, quemadmodum vel ipsa aetate nostra vidimus italicum sermonis opes excrescere. At vetusto sermoni, qui iam nec in ore nec in sensu populi est, addi quidquam aut detrahi nefas est. Id qui patrassit, violati sepulcri reus esto, non secus ac qui « minixerit in patriis cineres ». Abiit enim Hercules; pelvis et hydra supersunt; quae, quia ad artem et cognitio nem pulcherrima, imitari licet, non immutare; nisi forte velimus, nimio studio amplificandae latinitatis, huius vel ipsam memoriam oblitterari prorsus atque evanescere.

Treb. — Non est demortua Romanorum lingua. Vivit, vivit!

Cens. — Vivit? Imo vero, per T. Vallaurium, etiam

sed semper in rectum, nec orbis impediveris, nisi largo circuitu. Hisce utimur ubi latissima flumina, seu late patentes lacus, seu ubi quis velit in fontes, vel in ostia fluminis agmen sequi. Tertium vero tres habet rotas ad trianguli formam dispositas, quibus uti quis pro lubito possit, sive anteriore tantum, sive tantum mediis.

Optimum autem et visu et actu habetur, ubi plurimi turmatim, seu bini, seu terni, seu quaterni et ultra, iuvenes, adolescentes, pueri consertis manibus, vel brachiis simul in conductam metam una tendunt, vel conductos impediunt orbes; nam ubi semel abierint ita celeritas crescit, ut in fine quid fulmineum adipiscatur.

Quid autem si dicam omnes simul stare, at omnibus commune assibus velum in aerem pandere, interdum non modo sericum, sed pulcherrimus inscriptum acu figuris, et auro interdum atque opere phrygio? Flamme autem venti levissimo moveri statim omnes, abire, haud aliter quam si naviculam constituerent, quae vento per undas moveretur, et ea velocitate potiri, quae vis credibilis sit, vaporivehisque potior videatur.

Quinimo nuper levissimas cymbas confecerunt, atque in lacu ad Nomentanum huiusmodi vel habemus, quibus sunt vela malo credita, prout sint in aqua; decem aut duodecim viros vehicula huiusmodi sustentant, quae ubi ventus in vela ruat, ea moventur pernickete, qua cum navibus vapore actis certare feliciter possint. Hinc videntibus error pulcherrimus, quippe quia vident eodem in loco ire naves et credunt undas subesse fluctuantes, at pariter atque una prope, propter, ante, retro, circum volare super flumina pueras et iuvenes, at qua de causa suspensi non submergantur, non constat.

Ego, his auditis: — Agite; imo agamus — dixi — de faciendo, vel minime. Afferte testas, et earum suffragio glaciale hanc peregrinationem iudicabimus.

Abivi ergo una cum suadentibus, iamque extra Romanam portam quae septem spectat triones et orientem solem quasi media utrisque, apertis potiebamur campis, viamque arripiebamus festinante « electrieha ». Tunc ego miratus euntium frequentiam: — Ecquid — ab Olyphantio quaesivi — tantum hodie curruum hic, tantum pedestrum, tantum equorum? — Ille mihi:

Trabit sua quenque voluntas,

in Senatum venit. Quam multa in poetarum circulis, rhetorico more, declamari possunt, in qua tamen:

Romani tollent equites pedesque cachinnum (1).

Nec inviti te audient nostri cives, e praesenti Curia aut Capitolio si clames:

*Tu regere imperio populos, Romane, memento;
Hae tibi erunt artes, pacisque imponere morem;
Parcere subiectis et debellare superbos (2).*

Hilaritatis plena haec et laetitiae fuerunt; cuius compescendae causa addidit Lollius: — Animadvertis poterat, Horatii sententiam, tam caute circumscriptam, instar verborum iuris, ut paene agere videatur de homicidio « cum moderamine inculpatae tutelae » (nam, si forte, inquit Flaccus, si necesse est; dabiturque licentia sumpta pudenter), nihil denique aliud praecipere, nisi ut nova verba ita graeco fonte cadant, ut inflectantur latino more. Itaque in patro casu, *poesis* rite dicitur, non *poeseos*; *dracoris*, non *dracontis*; *poematis*, non *poematisibus*; *inclytus*, non *inclytus*; in quibus, ut in aliis eiusmodi plurimis, qui se antiquos affirmant, maxime claudant. Nunc vero perge, Censorine, si vis.

Cens. — Quod Ciceronis epistola refertae sint graecis vocibus, id non plus habet admirationis quam quod hodie in urbanioris vitae consuetudine et in amicorum coetibus multa serantur gallice dicta. Aliud enim privata postulant colloquia cum propinquis et amicis, aliud quae in vulgo edenda scribuntur et posterorum memoriae commendantur. Illud etiam accessit causae, ne facile a servis intelligeretur.

Venio nunc ad Tullianum vocabulorum indicem, quem censor negat esse totius indicem latinitatis. Nec ego dissentio; addo etiam, esse minimam partem. Quid inde?

(1) HOR. *Ad Pis.* 113. (2) VI *Aen.* 851.

et *Est quoque cunctarum novitas gratissima rerum.*

Quo pergimus et isti pergunt visuri, fortasse et aliquid etiam acturi, quo emineant, et emicent.

— Intelligo — addidi. — Ovidianum est:

Spectatum ornati veniunt spectentur ut ipsi.

Res a muliere in hominem ruit. Tempora quippe designant, queis pulcrum est coruscare annulis adamante distinctis, armillas gerere, catellas aureas portare, et catellis ineptias quoque suspensas. — Sic iter colloquio consumptum. Prope Constantinam Agnetis Basilicam descendimus, et pedestres, quod restabat, iter confecimus.

Iamque in prospectu a colle summo deorum in valle res omnis erat. Concretus gelu lacus aliquid nitido ferro simile praeferebat, et circumabant, prout patebat, lignei muri, ne quis accederet non vocatus, idque tum quietis et securitatis causa, tum etiam ne quid calamitosum accideret premente populo. Circum dispositae sedes; et e diametro positae et oppositae quatuor domus ad litus. Ingredimur, et circumuis crystallinas undas marmore solidiores. Domus illas intravimus, in quibus et potionies calidae ex « kaffeo », ex vini essentia aromatibus et saccharo mitigatae potentibus distribuebantur. Hausi, nec semel; Olyphantius enim dicebat, medico gravior, in iis pharmacum esse contra pituitam. Pituitosus ego sorbillabam et sorbebam; nec is ero, qui vera neget; brevi infirmitas mea prorsus evanuit. At erant quoque medici, quos chirurgos vocant, instrumentis ferreis suea artis muniti, et super haec balsama, taeniae, zoneaderant in promptu. Quasi vaticinium lugubre, non placuit mihi apparatus.

Et iam aliquid versabatur in mente simile reddituro; quid enim atrocius quam ludi causa respicere cadentes homines, audire fractis membris gementes, et aliena manu in illas domos medicandos videre comportatos? Sed ludorum tempus imminebat, et litui, cornua, tubaeque multififormes musicae cohortis aerem feriebant. Totus in oculis, tantum curiositas potest, ad ripas deveni, et ne stans oculis videntium et sedentium impedimentum facerem, sedi super solo, pulvillum de amiculo mihi condens. Ecce primum birotarum velocissimarum agmen, quibus agiles, alacres, expediti iuvenes insedebant, item-

An quia prae ceteris metallis auri copia desideratur, idcirco uxoris tuae monilia aere aut ferro permisceas? Suadeat haec C. Fabritii angusta paupertas, vel abrogata Oppia lex de coercendo luxu matronarum. At multa, inquis, possunt esse aurea vocabula, quae Tullius praetermisserit. Possunt; imo etiam fuerint, si liber. Verum, nisi ista aut in C. Sallustio, aut in I. Caesare aut certe in T. Livio invenias, non te ditionem efficient, quam

*Aurum irrepertum et sic melius situm,
Cum terra celat (1).*

Treb. — O angustum sane pauperiem ita coarctantium fines romanae facundiae. Quapropter miror et Fabricium et legem Oppiam a te commemorari, qui praeter Ciceronem, Sallustium, Caesarem, auctorem habes latinitatis neminem.

Cens. — Probe intellego duo a te mire confundi: totius cognitionem sermonis, et eiusdem optimum usum. Illa quidem, quum ad reliquum cultum, tum etiam ad latine scribendum omnino necessaria, patet latissime; est enim ab Evandri matre deducenda usque ad Arcadium Servantium. Sex autem latini eloqui numerantur aetates: prima *linguae priscae*, sive *horridae*; altera *linguae latinae*; tercia *linguae romanae*, quae *aurea* vocatur, quod in hac latinitatis ad summum perducta sit, constituae certae sermonis regulae, amota rudis antiquitas; quarta tantum dicta superiore, quantum ab auro argumentum, a quo nomen accepit; quinta *linguae tumidae*, sive *aenea*; sexta *linguae vulgaris*, sive *ferrea*. Extrema haec, si cui forte in deliciis est quod longe ditione videatur, quanti facienda sit, doceat ipse Vallaurius, cuius historiam superiore anno cogebamur memoriae mandare.

(*Ad proximum numerum*).

(1) HOR. *Carm.* III, 49.

P. ANGELINI.

que succincti quasi militari sago. Tonitru suo ballista ignea signum dat: ipsi mox ascendere ferream machinam et pedibus, modo prementibus, modo assurgentibus, circumagere rotas, quae per aequam glaciei superficiem non discurrere, sed quasi volare videbantur. Praemium ex auro et argento caelato erat illi, qui ter primus impeditret orbes, ripas adlambens, et extremo veniens e laci ripa prosliret in solum, praetergradiensque vexillum tolleret erectum, quasi testimonium peracti cursus. Primum orbem impediverant fere inter se pares; alterum iam intervallis, etsi brevibus, distinguebatur, quum, sive fraude, sive forte, nescio, duo, dum toto nisu praeverttere aemulum tentant, radiis et assibus birotarum suarum asses et radios aemulantum birotarum implicant; quo factum est ut in caput longius a birotis excussi et cernui ruerent, et fere dicam intorquerentur. Accurrunt famuli, quibus de re cura gerenda erat, et collabentes inter conserta brachia per domos medicas, cruentos plerosque, portant. Praemium tulit qui fere ultimus cum veniret acervum illum birotarum et corporum devius potuit opportune vitare.

Plausu sonabant omnia circum felici victori, musicia instrumenta concrepabant; ita gestiebat Olyphantius laetitia ut mihi ferme insanire videretur. Cumque ego indignarer, nam in tanta exultatione gentium, in tanto tubarum concentu erant miserrimi, qui inter medicas manus gement, et fortasse etiam supremo in discrimine vitae versarentur, ille contra plaudere vehementius, ac praedicare ita belle, ita recte factum; non esse micam salis in ludo, si nullum periculum ingrueret, nec triste accideret aliquid. Apud suos id esse quasi ex lege; teste se, insuper; nam quater ossa super glaciem impactus confregerat, iamque in eo erat, ut brachium et crura nudaret quibus accepta vulnera ostenderet.

— Ecur — tunc ego — quintum discriminem hic non invasisti?

— Ah! — dixit — quartum licet, quintum non licet!...

Fateor me tunc, prouti nunc, ignorare, nec fateri eru-besco, qua de causa quater liceat quod minime quinque, et quo iure quod quinto patrari non liceat, liceat quater usque patrare. Ipsum Olyphantium compellavi, qui nonnulla verba sua horridula respondit, quae intelligere prorsus nequivi. Et adhuc me mordet curiositas et hactenus scalpit, qua me si e lectoribus quis sublevaverit, non modo grates agam, sed in hoc commentario nomen et responsum philosophi annuntiabo.

Sed ad nostra redeo. Ubi remotis birotis fractis, remotisque iacentibus, sine oblique patuit marmorea superficies lacus, dato signo, omnes ferme momento eodem undequaque in lacum concretum gelu soleis munitis rota, vel rotis irruerunt, idque praestiterunt perniciete tanta, ut quasi momentaneum et incredibile quid fuerit impetus, fuerit irruptio; atque ipse impetus talis fuit, ut ad oppositam laci ripam cursu uno, rectoque ferrentur; nonnulli tamen in advenientes contra incurrerunt, et incurvi ceciderunt; ceciderunt autem et multi qui ex obliquo supervenientes, melius: intercedentes, dicam, et ceciderunt ipsi et, in quos incurrant, deiecerunt. Ridiculum plane spectaculum; nam, calceis rota delabentibus, frustra conabantur per multa ut assurerent, magna eorum pars, absque manu adiuvantium, resurgere a lapsu nunquam potuisset. Qui gestus autem concidentium per lubricum!; qui cognatus ut iterum aequilibrio potirentur!; qui incursus internutantes, et occursus, ut aliis aliis teneret!; quae fugae multorum, timentium iure labi, trahi si in manus despotatorum quaerentium venirent! Impediebantur orbes, recessus tentabatur excursus; a sinistra in dextram, a dextra in laevam via, fuga, insectatio. Integra, nisi ultra, certatum hora hoc modo est; quippe proposita erant argentea numismata ultimi quinquaginta excessuris. Neque tamen credo tam facile recessuros omnes e ludo nisi praecones, silentium antea iubente ballista tonitru, admontuisserent periculum esse in lacu; nam occidentale gelu separabatur a ripa, et subiectae undae erumpabant. Diffugere omnes hac illac veluti palantes aves, illudque unum erat ut qua propius, quo celerius litora potirentur, seque in tutum reciperent. Quod ubi datum est, mirabilis confusio-

hominum quaerentium suos, quibuscum venerant, ut una per tabernas distributi vino ciboque reficerentur. Idque iure; vidi enim ipse purpureos vultus et sudore madentes, anhelantia pectora et ora, et media in hieme aestuantia corpora. Quamobrem credo multum conferre ad salutem exercitia huiusmodi; servandum in hisce tamen, quod in omnibus Philosophus servandum tradebat: ne quid nimis.

H. DE VECCHI-PIERALICE.

HORAE SUBSECIVAE

Monti Regali vale dicens.

*Tempus adest quod me felices linquere sedes,
Et dulcem patriae cogit adire larem.
Irriguae valles citris oleisque frequentes,
Vosque vireta amplis consita litoribus,
Et tu, Regalis Mons, caelo moenia tollens,
Palladis et Musarum hospita terra vale.
Exoptata domus dulcesque valete sodales,
Quos prope caelesti foedere iunxit amor.
Postmodo iam lapsi octobri vos ipse revisam
Laelior atque animo et corpore vividior.*

JOSEPHUS SOLA.

Ad Sanctam Ritam a Cassia
vulnus Spinae D. N. I. C. in media fronte
referentem.

*Dum mente in Christi diris cruciatibus haeres,
Et premis illarimans ad tua labra crucem;
Quae divina olim terebrarunt tempora, spinis
Ex illis frontem perfodit una tuam.
O felix vulnus! Christi nam stigmata inusto,
Efferet aeternas haec tibi spina rosas.*

JOSEPHUS ROSATI.

De Petro et uxore eius.

(Ex ital. PHILIPPI PANANTI).

Petrus ad uxorem: « Si fors ego funus obirem,
Dicne, obitum lacrimis prosequerere meum? »
« Per multis », ait uxor, « uti scis namque, suēvi
Lacrimulas de re fundere vel minima ».

IOAN. BATTANIUS.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Leonardus de Blumenthal, senior inter summos utriusque militiae in Germania magistros, bellicae rei peritissimus, nonaginta annos natus Quellendorf in suo castro obiit.

Gravis annis pariter Newcastle in urbe decessit Vilhelmus Armstrong. Notissima atque in usu paene apud omnes populos ignivoma illa tormenta bellica, quorum machinarius fuit.

Alexander Albertus da Rocha Serpa Pinto magnum sibi nomen peperit ob diu lateque Africam exploratam. In Lusitania ortus an. MDCCCLXVI, iuvenis admodum militaris disciplinae cursum amplexatus est, atque tribunus militum bello ad Zambez flumen interfuit; Massaganensi immo in praelio sua virtute Indicum agmen servavit. An. MDCCCLXXVII-LXXXIX Africana itinera perrexit, quae deinde in vulgarissimo libro, cui titulum indidit *Quomodo Africam transmisit*, descripsit. Praefuit etiam Mozambico Lusitanorum coloniae, cumque acriter Anglis invadentibus obsisteret, non multum fuit quin Anglos inter et Lusitanos ipse bellum pararet. Ob quam rem in patriam revocatus, Olyssipone reliquam vitam transegit.

Carolus Alexander, Sassoniae-Weimar-Eisenach Magnus Dux, superiore mense Ianuario vita functus, omnium artium exstitit patronus.

De Victoria, Anglorum Regina Indiarumque Imperatrice, de Iosepho Verdi, maximo musices sidere extincto, ac de Milano, Serborum Rege, alias in hoc commentario peculiariter dictum est.

Pariter Böklun pictorem commemoravimus; sed huius artis cultores alios mors atra absupsit: Vilhelmum Leibl, qui in studia Germanorum pictorum saec. xvi primum incubuit; deinde ad « naturalismum », quod dixerunt, se convertit. Quae schola pariter asseciam in Italia recensuit Telemachum Signorini, qui Florentiae vitam amisit; veterem contra « academicum » cum laude usque ad ultimos dies Romae professor est Caesar Mariani. Augustus denique Schenck, Ecouen in oppido mortuus, belluarum in subtilem repraesentationem intendit.

Ingenuae artes luxerunt Florentiae David Castelli, Hebraicæ linguae doctorem eximium, et Franciscum Perrens, illius civitatis historicum; Minucapoli Egnatium Donnelly; Mediolani Aemilium De Marchi, qui a litterarum cultu exquisitam dicendi artem detraherat; Fahrwangen in Helvetia Ioannem Antonium Scartazzini, Dantis Alligherii studiosum, itemque explanatorem atque interpretem clarissimum.

I. F.

ANNALES

Eduardi, Anglorum regis, ad Borussos iter - In Wilhelmum, Germanorum Caesarem, inhonestum vulnus illatum - Sinenses magistratus morte mulctati - Transvaalianum bellum.

EDUARDUS, Anglorum rex, germanam sororem Fridericu visitatus Borussiam petiit, moxque Friedreichsof in palatio Wilhelmus ei occurrit Imperator, quocum diurna colloquia habuit. Russi inde Gallique timuere passim ne triplici mediae Europae foederi Anglia quoque accederet. Quare Sedenzec, qui militarium rerum tribunis in Gallia praeest, Petropolim vicissim sese contulit, cumque Russorum Caesare eum tradunt constituisse quae forte quadruplex hoc in foedus agenda belli tempore utrius genti viderentur. Sed Germani ad Friedreichsof colloquia se parvi pendere plerunque ostenderunt, levioris sane momenti haec facientes quam crimen ab amenti quodam homine, comitiali morbo laborante, in suum Caesarem his diebus patratum. Qui quidem in transeuntem curru Wilhelmum ferrum quoddam cum conieciisset, Imperatorem sub oculis leviter confudit.

*

Sinensis, ut assuevit, differuntur in dies; hinc Waldersee duce novam quotidie expeditionem contra imperiale aulam minitante, obsecrantibus inde ac spondentibus Sinensium magistratibus sese omnia impleturos, quae legatorum coetu iubere placuerit. Nutant autem infidae gentis sponsiones, etsi eam interdum coegerint nostri ad ingrata etiam officia praestanda. Quod fuit ferme Tchi-Sun ac Su-Chang, maximos eorum magistratus, sinensis carnificis gladio publice esse percussos. At Waldersee inceptus modo Galli ac Russi, modo Americani vel Iaponii similate praepediunt: immo et Russorum et Iaponensium et Americanorum agmina ut recederent sese iam velle asseruerunt. Sed haec fieri dum tanti manent cupiditatibus obiecti thesauri ecquis credit?

*

Botha ducem ad incitas redactum, ab Anglorum copiis undique interclusum, armaque hostibus traditurum extremi nunci ex Africa retulerunt; nihil vero hucusque comprobatum est. Dewet in terea, qua est vi et constantia, ab Anglis finibus pulsus, incredibili paene fortuna ab insequentibus liber iterum effugit, Orange flumen imbribus etsi tume-

quae graece scripta
ens ipso, in quo tri-
triplici diademate re-
carminum sonus, et
escentis modus. Quid
gradientem? Ne sen-
s' nunc praebet beni-
tide, seu (deleto et)
aterne dicere, poetica
qui potest suae con-
manistae illi, qui fe-
atinitatis Principibus
i facit, quam qui lo-
niam, pauca dicam.
ationibus prior fuit, a
.. Hoc tantum liceret
Nos gratulamur et
ta, et quia Augusto
ares non modo Italia
se quantus late patet
H. P.

TA

certare periti;
. tenuis.
lire libellum.

tus prataque curro,
ietus aquas.
tertia sedem?
ciemque fero.
FR. PALATA.

gmatis interpre-
rem miserint intra-
tis accipiet opus,

OPF
OCLEAE

ta his respondent:
ra - Ave.

nas Sch. Piar., Roma -
iocen - Abr. Morchio,
Schenz, Ratisbona -
Georg. Maurer; G. Lan-
Guestphalensi - I. A.
uense - H. A. Strong,
Ad. Huza, Grybovia -
st, Suechtelena - Alb.
hebeo Episc. Aciensi -
itoloki in Littuania -
i - E. Burg, Argento-
Vila Sch. Piar. e Col-
Ceva, marchio, Ver-
rān, Xeretio Sidonio -
Budu, Braila in Ro-
Vidal, Palma, in
e - Collegium Ertvös,
nensis - Vold, Lom-
A. Kroll, La Crosse -
laga - Aug. Roberge,
g. Pancaro, Consentia
Cappelli, Senis - Th-
ia ad Vercellas - V.
r., Sabadello - Ant.

EGLOGAE
eubneriana.

PI, iurisperitus.

et Socii.

PER ORBEM

HU quam doleo, lectores, nauticis me
hactenus nunquam vacasse disciplinis,
neque ideo posse faustae spei vel minimum
indulgere, ut Anglorum regis filius me secum
triumphale in iter abripiat, quod mox ad Au-
straliam ultimam usque aggredietur! Melbourne
iamque in urbe capite illum proxime appulsum
magnis apparatus, ac perquam solemnis futuram
seris cives manent, quorum potissimum futuram
eam praenunciant, qua Australianae reipublicae
foedus primo conveniens regali oratione saluta-
bitur. *Ophir* navis est quam Eboracensis dux
eiusque uxor consonant, neque dici potest
quanta elegantia ubique renideat, quantisque vitae
ferendae commodis instructa sit: dignae nomine
opes! Itaque postridie huius mensis id. *Ophir*
navis vela solvet, ad Gaditanum fretum, Meli-
tensem deinde ad insulam regales iuvenes ab-
ducens, quos Mediterranea Anglorum classis com-
mitabitur. Suez postea per fauces pertransiens
ultimam forte Africæ coloniam tenebit, deinde
Indicas oras, hinc tandem Australianas. Sic ex-
pleto itinere Britannicum omnem orbem sese
visitasse Eboracensis dux gaudebit, nodumque
illum sua visitatione confirmasse, qui omnes
Britanniae filios maternae insulae ubique terra-
rum devincti.

¶

Mihi contra pedibus calcanda tellus, eaque
infida saepe minus quam aequorea facies,
his diebus praesertim, quibus tot innotuerunt clades
fodinarum miserrimae. Prope Hattingen enim,
in Rhenana provincia, quinque effossores supra-
ruente solo oppressi sunt, italo omnes sanguine
orti; ad Neo-Eboracum in carbonifera fodina
cum vorax incendium inopinato exarsisset, atque
per tenebrosas abditasque venas processisset hinc
inde parietes cuniculorum diruens, opifices quin-
quaginta fumo flammisque suffocati atroci morte
occubuerunt. Gravissima pariter Irun ad Nordicos
Iberiae fines civitas sensit: incendium hec
quoque dirae ruinae causa, quod quidem bafuli
cuiusdam negligentia excitatum, qui capsas ignitis
glandibus refertas humeris circum gestabat, bre-
vissimo momento omnem huiusmodi cumulum
attigit et quae circum late essent disiecit, dirupit.
Humana membra discriptaque corpora sparsim
et longius reperta sunt!

¶

Sed Gallos carbonis effossores quamquam
non ignis pessumdat, torquet tamen desertio, a
plurimis eorum e Saint-Eloy fodinis inito so-
dere agitata; alteram egerunt, qui ad loca Mont-
ceau-les-Mines dicta adlaborant; sed qui Creusot
in officinis militant deserunt consilium ac sol-
licitationes repulerunt. Haud ita vero Massiliensis
portus famuli ac navicularii, qui ab advehendis
ex navibus in terram mercibus omnino recesser-
unt; quare ad epistolare commercium tutandum
leviores naves iam e classi mediterranea advo-
catae sunt. Desertores hi opifices, militaribus
quamvis manipulis custoditos, currus variis in
locis evertere conati sunt, ita ut arma quoque
adhiberi opus fuerit.

¶

Similia prope in Lusitana civitate volvuntur
ab impiorum manu a tenebricosis coetibus, ut
in Iberia, evocata, ne virginis sacris Deo votis
sese mancipent. Arrepta inde occasio religiosas
domus aggrediendi sodalesque pios aut moniales
contumelias omnibus vituperandi.

¶

Sapientes itaque præ omnibus celebrare Danos
fortissimos pientissimosque volo, qui tristia
haec mundi odia posthabentes, Quærinum, tri-
bunum illum Aprutiorum ducis nostri strenuum
comitem, per glaciales soliditudes inquisituri pro-
fecti sunt. Navi *Capella*, blandum quidem nomen,
magistro, viro frigidi itineris peritissimo, Stoecker,
quem socii quindecim comitantur. Hos, qui iam
in Francise Iosephi regionem vela dederunt,
servidis auguriis Itali et humanitatis studiosi
omnes prosequimur.

VIATOR.

VARIA

Utilisne terraemotus?

Terraemotibus utilitatem vir doctus adjudicat
non mediocrem. Compertum enim, ille ait, ex-
perimentia regiones, postquam terraemotus quassa-
verit, vim germinandi praeferre non exiguum,
cerne excellentiorem ea, qua prius gaudebant.
Nam in fructetis, in vinetis, in silvis, in fru-
mentis, oleribusque gignendis, educandis insolitu-
m robur, et virtus emicuit, et robustiora, grandiora
omnia facta sunt. Quod cum in re sit, rei
causas idem vir inquire statuit, iugesque post
inquisitiones credit invenisse in effluvio electridis
ad superficiem, in effluvio acidi carbonici, in eve-
ctione denique soli, humique inferioris. Quae,
fertilitas ac foecunditas, maximum attingerent apicem,
nisi effusi imbre, qui terraemotum plerumque
sequuntur, plurima raperent, plurima rursus in
profundiora terrae reiicerent. Haec autem,
quamvis egregia, non tamen talia futura erunt,
quaes suadeant cuivis terraemotus esse optabiles
ac deliciosos!

*

Quid colligatur in perscrutatione digitorum.

Scitus vir, diu consideratis in nive animan-
tium vestigis, eo adductus est, ut aperte intelligi-
geret ex impressione pedum ungularumque quid
unumquodque indole sentiret. Natura enim, in-
quit, convenientes indoli ingenioque manus ef-
finxit; atque inde manifestum cuique fit neque
boves, neque oves, neque capras, neque asinos
et equos arrepturos praedam ungulis et laniatu-
ros. Quod quidem contra patet in vestigiis vul-
pium, luporum.. Nihil de leonibus, pardis ac
tigribus tulit, qui per nives iter non habent. Ex
hac observatione digressus in homines, diu con-
sideratis perpensisque singulis, leges quasdam
statuit, quibus a manu de hominis animo iudi-
cetur. Hinc digitos longiores et fusiformes mentis
acerimae dicit indicium, breves tardioris et im-
probæ; gibbosos et ad extra incurvos, optimæ
intelligentiae; breves ac tornatiles, bonae indolis
at exiguae mentis; breves at quadratos, caedis
amorem, etsi acumen; macras et aduncas, astu-
tiæ et fraudem; subiles et longos, artium optimarum
cultum... Age; quinam furum? Quinam
usuræ studentium?

*

Nasus Cyclope dignus.

Fama videtur dignus nasus quidam, qui in
vico quodam Chicagini urbi proximo tantus
nuper apparuit, ut utrumque orbem et sua ce-
lebritate compleverit, et inter mirabilia mundi
recenseatur. Apparuisse dixi, non enim talis ab
exordio fuit, et nunc, paucis ab mensibus, mirum
crescit in modum nullos excitans morbos, nullis

afficiens incommodis, praeter pondus immane, do-
minus, qui in vultu gerit munus a natura mag-
num, unicus, et beatus admiratione videntium.
Sexdecimi centimeta longitudine aequat, latitu-
dine ad nares undecim procedit...; (dicam latino
more, siquidem agrimensorio sermone utendum
mihil est) in fronte centimetris patet undecim,
sex in agrum. Suave rubens, afflante Baccho
violarum induit colorem; pulcherrimus forma,
et, parcite verbo, bene moratus; at muceinio
expurgante quasi tuba gravior concrepat ita, ut
audientibus illud Ennii redeat in mentem:

... tuba terribili sonitu : tarantara dixit.

Laudamus; et ultra, si eminentior fiat, lauda-
bimus.

*

Discipulorum respublica.

In scholis publicis Neo-Eboraci singularis
mos regiminis inventus dicitur, quo discipuli sui
iuris sint. Schola quasi civitas ducitur; discipuli
cives, qui sibi syndicatum, quem vocant, patres
a ferendis legibus et iubendis, magistratus, et
apparitores, aut accensos iubent, eliguntque uti
videantur. Hisce ordo ac disciplina scholarum;
nihil pertinet ad magistros. Patres, consiliares
conveniunt certo die singulis hebdomadis, iudi-
caciaque habent subita de quavis iniuria, de ma-
leficio, deque omnibus que inter magistros,
discipulos, addictosque flagraverint. Apparito-
bus, qui et discipuli sunt, poenarum cura com-
mittitur; magistri testium loco habentur, si fas;
iudicium nunquam. Athenaeum Montomeriense
ita regi, affirmant: et quidem optime, nam in-
doles iuvenum, qui ad regendum sunt, mirifice
germinant, fructusque produnt uberes, sumtque
omnia in pace, quasi apud tirones se exercentes
in parvis, mox in magnis reipublicae muneribus
operam datus.

*

Quae apud Iaponenses.

Iaponensium origo arcana est, nec abest ab
origine lingua. Nescientes unde venerint patres,
unde genus ortum, credidere se Deorum esse
progeniem, creduntque adhuc; quinimo historica
corum monumenta, quae in scholis traduntur,
ferunt primam Iaponicae ditionis tulisse sceptrum
Deam Solis. Docent, tenentque linguam suam
principem linguarum omnium; immo unicam
esse credebant, appellabantque *Kosodama*, id est,
mirabile verbum. Subita rerum commutatio, quae
Iaponenses in viam Europearum gentium abri-
put, et qua in Oriente super proximas nunc
eminent pace belloque gentes, non exiguum Eu-
ropæis periculum si opibus Sinenibus potiantur,
multa in eorum cultus intulit gravia, sed et iu-
cunda et singularia non minus. In quovis Iapo-
nensi nunc est quod graviter percellat ob liber-
tatis amorem, et forsitan brevi tempus erit, quo
inde oriatur vox Asiatici Monrœe clamantis
Asiam in potestate Asiaticorum fore, non exte-
rorum.

*

Ioci.

Rusticus, quum nundinae celebrarentur, vidit
a proximo homine psytacos divendi centum pre-
tio libellarum; ipse gallinas et gallos indicos
venales habebat. Adest emptor: — Quid pro illo
indico? — Centum libellas — ait rusticus. — Mi-
rari emptor. Tum rusticus: — Atqui pulli illi,
(psytacos indicans) centum libellarum singuli in
pretio sunt. — Mox emptor: — Atilli loquuntur. —
Cui statim rusticus: — Et pullus meus longe
praestantior; nam taciturnus cogitat.

P. d. V.

* FIDES *
quod musicum organum
STRADIVARIUS
CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS
CONFECIT
Romae veneunt.
Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem, ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE
IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZZOLO Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentiariae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex concedit in ordine ad Iubilaeum exercendas et complectuntur praecipuos casus qui in Iubilaeo proponuntur. Responsa sacrae Poenitentiariae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur. Accedunt Constitutio pontificia super extensione Iubilaei et, maxima ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facultatum confessariis tributarum* excerpta.

Opusculum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administratorem, Romae, via Alessandrina, 87.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA
ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS
PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO - DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE - Via Sistina, 129 - ROMAE

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

SOCIIS MONITUM

In memoriam sociorum revocamus, cuique eorum, qui chartulam ad hoc acceptam remiserit suo ac duorum e sociis novis subscriptam nominibus, pro duobus tantummodo commentarii exemplaribus solvendum pretium; tertium dono datum iri.

Pretium annuae subnotationis comm. "Vox Urbis" vid. in prima operculi pagina.

LIBER (vulgo "ALBUM")
praecipua Urbis referens, pulcritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, via ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

FIGURAE URBIS ROMAE
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICOLO MONTE PROSPECTUS
(m. 1.10 × 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,
venit singillatim L. 2.50
apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE
E
IL CANTICO DEL SOLE
DI
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur laudes latinae cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.